Ἄφεσίσας τοῦ θεοῦ, id est, A lare incipe, hoc est, à domesticis ac familiaribus initii sumito. Recite dicitur in magistris, & alienis iure censore, quorum officium est, ut in primis suos, suorumq; uitan corrigant. Nam iſiā Græci uocant, quem nos Larem ac Vefsan uocamus. Aristophanes, οὐραῖη, οὐρα, οὐραίη.

Ἄφεσίσας τοῦ θεοῦ ἐπιτέλω τινα. id est, Non, sed ut a lare exorsus communiam quendam. Dicūt a uetus ritu faciōnē, in quibus primitiū laribus immobiliantur. Aristocritus, citante interprete, fabellam huiusmodi referit.

refert, Cū denique Titaniis, Iuppiter imperio potitus esset, Veste permisit optionem, ut quicquid uellet, eligeret è regni partibus. Illa primu[m] iuramentu[m] poposcit: deinde sacrorum omniu[m], que diis immolarent homines, primi tuis. Inde abijisse in consuetudinem, ut in omni sacro, prime partes lari tribue rentur. Vt si est hoc adagio Plato in Euthyphrone. Βελοί μὲν ἐπὶ τῷ σωκρατικῷ ἀπόδειξαν μὴ τοῦ κατιόπ γένεται. Απεχθέωσαν ἀφ' εἰσαγόμενοι μηδὲν πάρεσται. Εγένετο τῷ τών πόλεων σὲ τιχεῖαν μετεπέμψει, id est, Evidenter cupiam, uerum uero, ne res in diuersum exeat. Nam mibi quidem Lendene recipi, ab ipso lare facere uidetur initium, cum te tentat ledere. Plutarchus in libello de Polyphilia. Πρῶτον δὲ οὐδὲν ωρεῖς αφ' εἰσαγόμενοι, id est, Primū legitur uelut à lare exorsi. Tōtēdē ferme uerbis uitior in comētario, Πρῶτον δὲ τὸ δέ τοι λεγεῖται τι μεταβλῆσθαι. Vt si patet in libello, quem scripsit aduersus Herodotum. Aristides in Pericle: Οὐδὲν εἰσαγόμενον θεῖον αὐτὸς αὐτὸς, τὸ σὺ μετεργάτητο, πρῶτον πλειονθεῖτο, id est, At ille à suo ipsius exorsu lare, maluit equalitatem sequi, quam reliquos antecellere. Interpres admoneo dici solitum de ijs, qui ab ipso statim initio, uel boni sunt, uel mali. Quasi dicas ab ipsis incunabulis, quod Lar statim nascentes excipiat.

Propria uineta cædere, LXXXIV

Huic affine est illud Horatianum:
Vt uineta eomet cedam mea. id est,
Vt à meipso incipiā, & poēta, ipse poēta carpa, ac lacerē.
Translatum uideri potest uel ab amputatis uineam, uel ab ijs, qui per iniuria nouellas uites ledunt. Horatius in epistolis,
Multā quidem nobis facinus mala sepe poēta,
Vt uineta eomet cedam mea.

Aedibus in nostris, quæ prava,
aut recta geruntur. LXXXV

Aulus Gellius scribit hunc Homericum uerſiculum pro-
uerbi uice semper in ore fuisse:
Οὐτοὶ τοιούτοι μετέργοισι κακῷ μὲν ταῖς αἴσθησι τέτυκται, id est
Aedibus in nostris, que prava, aut recta geruntur.
Quod alij tribuant Socrati, Diocles ascribit Diogeni, ut re-
fert Laertius. Socrates autem hoc dicto dehorians à studio re-
rum naturalium ac supernaturalium, item à disciplinis ma-
thematis, renocabat ad curam moralis philosophie, quod
hec tractat ea que proprie ad nos pertinent. Plutarchus in
commentario de seruanda bona ualeitudine prouerbij iace uer-
pauit: Εἰ μάσθον οὐτοῦ διέτου προσκέψει γεωμετρίας ἡ
διαλεκτικής Κακονική δράσθει μετατοῖς μενον, ή
ζητεῖ μαθαίνειν θελεργονορ,
Οὐτοὶ τοιούτοι μετέργοισι κακῷ ταῖς αἴσθησι τέτυκται, id est:
Si magis officij sui putat esse, ut in geometria, didacticā, mu-
sicē, studio uersari uideatur, quam ut inquirat, cupiatq[ue]
cognoscere,
Aedibus in proprijs, que prava, aut recta geruntur.

Quo uerbum monemur, ut ea potissimum, que ad nos ipsos per-
tinent, caremus, externa atq[ue] dilecta ne inquiramus. Quo uer-
bū festiuuer Martialis, Orum quandam noit, qui malorum alienorum erat obseruator curiosissimus, et taxator accri-
mus, cum ipse taxorem haberet adulteram, filiam uiro matu-
ram, debebatq[ue] etiamnum pro togula. Diogenes Cynicus, cui
carnes hoc, ut modo dico, semper in ore consuevit esse, gran-
maticos nimis ridicule facere aiebat, qui tanto studio vlys-
tida inquirerent, sua ignorarent. Huc referri potest & illud
apud Homerum penē soleme:

Αλλ' εἰς οὐκορίστα τὰ σαντ' ἔγκα κόμιζε, id est:

Quin in tecla abiens, tua propria munia cura.

Plutarchus, πολυπολυμοσώτως, definit, Θλομάθεαρ
καθοτιώμων κοινώ, id est, Circumstans, studium aliena ma-
la cognoscendi. Atque id hominum genus Lamis similes ait,
que domi oculos reconditos habent, foras egressuræ repro-
nunt. Atque ita sit, ut domi cœctiant, foras sint oculatissime.
In huiusmodi prepostore oculatos eleganter torseris illud so-
phoclis de sensibus dictum:

Πόλλῳ δέ λευσθεὶς, ξύνθετος θεωρεῖ την φλέρ. id est;
Procul uideris, sed continuo uideris nihil.

Nan id senibus accedit, ut proprius admota non cernant, longius
semota videant, atq[ue] huius rei causam reddit Plutarchus
conuiciuum quæsiōnū prima decade.

In se descendere. LXXXVI

In se descendere, est sua ipsius uita quæmpian inspicere.
Translatum uel à fodini, uel à cellis, in quas qui descendant,
quid illuc repositum, reconditum sit, nos possunt. Allu-
sum est autem ad specus illos & finis humani cordis, quibus
Monus finestrān adhiberi voluit. Persius:

Vt nemo in se tentat descendere nemo,
Sed præcedenti scelerat manica tergo.

Tecum habita. LXXXVII

Proximū Homericū carminū uidetur & illud eiusdem Persij.
Tecum habita, ut noris, quām sit tibi curta supplex.
Id est, domi tue uiuere, ut intelligas, quām tenuis sit tua for-
tuna. Translatum ab ijs, qui in principiū familijs agunt, &
ut uel go fit ex alienis opibus, perinde quās suis intumescent,
quibus si domi uendendum sit, uix salinum habeant quod appo-
nant. Tecum igitur habita, id est, tuapte supellecile te metia-
re, ac tuis ipsis malis, bonis te ipsum expende. Haud scio
an hoc pertinet quod scribit M. Tullius in catone maiore,
secum uiuere.

Messe tenus propria uiue. LXXXVIII

Idem diversa explicuit metaphora Persius satyra sexta:
Messe tenus propria uiue. id est:
Sumptum facito pro modo facultatum tuarum. Ab agricolis
traductum, qui sumptus, annuis agrorum proutibus me-
tiuntur. Neq[ue] enim res confistere potest, cum questum supe-
rat sumptus, quemadmodum ait Lautus.

Tuo te pede metire. LXXXIX

Ad eandem sententiam pertinet illud Horatianum:
Metrisse quenq[ue] suo modulo, ac pede uerum est.
Lucianus in libello, cui titulus, θεῶν τὴν εἰκόνων. Αλλα δ' οι
κατιτερειούτεροι πολλα τοιούτα μέτρα εἰκέτηρα, id est.
Verum dijudices, dimitiarisq[ue] propria utriusq[ue] mensura. Ni
mirum hoc est, quod dixit Horatius, suo modulo, οἵκειο μέ-
τρον, & tanquam interpres sua adieci, ac pede. Pindarius item:
Χρὴ καθ' οὐτοῦ τοιούτου δράμα μέτρου. id est:
Oportet autem iuxta suam quenq[ue] conditionem uniuscuiusq[ue]
rei specie modum. Et Aristophanes in aibis:

Οὐτοὶ ταῦτα μετέργοισι σωτόποι, ταῖς αἴσθησι τέλλονται. id est:
Non ipse te remetieris hinc loci Alio profectus.

Monet adagium, ne quis se dilatet ultra conditionem suam,
neque seipsum ex afflictionum laudibus, aut iudigi opinione,
aut fortune fauore, uerum proprijs, ac ueris dotibus, ani-
mīq[ue] uirtutibus estimet: Translatum ab ijs, qui corporis hu-
mani nodum, pedum numero estimant. Porro iusta, cū
iusque hominis mensura, septem ipsius pedibus constat, si
quid pictoribus & statuariis credimus. Eodem pertinet il-
lud Martialis:

Qui sua metitur pondera, ferre potest.

Non

Non uideremus manticae, quod in
tergo est. xc

Catullus in Sezonie: Sed non uideremus manticae,
quod in tergo est. id est:
Non uideremus nostra ipsorum uitia, cum aliena curiosis oculis
perspicimus. Proverbium nam est ex Apologo quo ipsam
Aesopico, qui fuitur bruismodi apud Stobaeum. A Cleomē οὐδὲν δέ ποτε έπειστο εἰς τὸν φρεατόν μονονόποδα
θητὸν δέ σπιτικόν εἴς μόνον τὸν ἐπιποδοῦτρον οὐδὲ
τίθεται τοῦ θεοῦ αμετάμετα, εἰς δέ τὸν σπιτικόν τοῦ ευτύχου. Quorum uerborum haec ferme sententia:
Finxit Aesopus singulos mortales binas habere manticas,
hoc est, peras, alteram ante peccatum, alteram a scapulis, ter-
rificas propendentes. Sed in prioren, inquit, aliena uitia im-
mutamus, in posteriore nostrā.

Persius:

Vt nemo in se se tentat defendere nemo,
Sed precedenti pectori mantica tergo. Horatius:
Respicere ignoto discessit pendentia tergo.
Diuinus Hieronymus. Sed illa est uera inter amicos reprehē-
sio, si nostra opera non uidentes aliorum iuxta Persium, man-
ticas consideremus.

Festucam ex alterius oculo efficerē. xci

Hanc humani genii cæcam Ocariorum, non solum
poëtarum literæ, uerum etiam euangelice, neque enim gra-
uabantur in hunc citati ordinem, notarum, cum autem quos-
dam esse, qui festucam uideant in oculo fratris, in suo tra-
bem non uident, id est, dilitorum uel minimis uitis offendan-
tur, suis et maximis blandiuntur. Sic enim habet Matthew.
τὸν βλέπετε τὸ κάρφον τῷ τῷ ὅφελα μόνον τὸν ὄφελον
φέρετε, τῷ δὲ φέρετε τὸν ὅφελα μόνον τὸν καταστάτην;
ἢ τὸν ἔργον τῷ ὅφελον τὸν ὅφελον τῷ κάρφῳ
τῷ τὸν ὅφελα μόνον τῷ δὲ τὸν κάρφον τῷ ὅφελα
μόνον τοι; id est: Quid aut uides festucam in oculo fratris tui,
trabē uero que in oculo tuo est, nō intelligis? Aut quomodo
dices fratri tuo, sine eſciam festucam ex oculo tuo, & ecce
trabes in oculo tuo? Sic enim ad uerbū Greca redita, sonat.
Diuinus Hieronymus: Qui per trabem, inquit, oculi sui, festue
can alterius nitatior cruerē.

Hoc hominum genus Horatius eleganter notat:
Cum tua, inquietus, peruides oculus malalippus inuenis,
Cur in anticoru utiū tam cernis acutum,
Quā aut aquila, aut serpens Epidaurus? Idem alibi:
Qui ne tuberibus proprijs offendat amicum
Postulat, ignoscat uerius illius equum est.
Quod ipsum proverbiū speciem eidēntem ante se gerit:
Tuber a maior utiū dixit, uerius a minor, que alibi neuos
appellauit.

Intra tuam pelliculam te contine. xcii

Intra tuam pelliculam te contine. Porphyrius proverbium
esse admonet, quo uetium oblitus fortis nostrae, majora co-
nari, quam pro nostra facultate. Idq; inde sumptū putat, qd'
clim ductores in bellibus, hoc est, pellicles tentorij dormirent.
Nisi uidetur refutus referri ad aſsum illum Cumanum,
quem Apologi fabularum adaptasse ſibi leonis exuuum, atq;
in ſe ad tempus pro leone geſuſi. Verum can reu illi ma-
gno ſuſe male, cum agnitus, & magno omnium riſu, alie-
na appositiō, exutus pelle, ſuſibus ad necem caderet.
Neque abſide quis ad Cleonem Atheniensem referat, qui
ex Byſopola, hoc est, coriarie creatus exercitus ductor,
fortuna fuēte uictoriā reportauit, capta Pylo, ſuam ipſius
ciuitatem ſarto ſpolianuit, atque ad eum modum ad ſummas

opes eueſus eſt: tandem per aliua eiecius maleq; acceptus,
ponas deſtit, quod non in propria pelle quieſſet. Hic induc-
tor in Arifophanis comedia, cui titulus Equites, neque non
alijs locis ſubinde mordeatur ab eodē poēta. Huc numerum ni-
detor alijs ſiſe plautus, cum multiem glorioſum & iadibun-
dum, fungit elephante corio circumiectum, non ſuo, ſine
quod ſolidum ſignificaret, ſuo quod matora, quam pro fa-
cilitate loquentem. Horatius:

Ei merito, quoniam in propria non pelle quieſſem.

Martialis in ſutorum quēdam, quā Cleonis exemplo, prius ad
sumas eueſus diuitias, ut uenti erant, ita uelut in alium ſu-
ſtulit, deinde ad priftinam rufus inoptiam, largitionibus ſuis
redactus eſt, ut nibil iam eſet, niſi cerdo;

Lufius, inquit, ſatis eſt, ſed te, nabi crede, memento

Intra pelliculam credo tenere tuam.

Item Senecca in epistolis: Sapientem undique ſubmovent,
& intra cutem ſuam cogunt, Id citram etiaphoram ſic ex-
tulit Onidius:

Crede mibi, bene qui latuit, bene uixit, & intra

Fortunam debet quaq; manere ſuam.

Alludit huic & Lucianus in imaginibus, vñ ἦτι μῆνας
ἐπὶ τῷ τετραγόνῳ, id est: Non iam manent in his que
adjunt, de his qui forteſſe ſuccēſiblē elati, ſue cōditionis nō
ſatis meminerunt. Deniq; mali nō abſurdum uideatur, ſi pro-
uerbiū refeſſatur ad Marſi excoſiati ſublām, qui quoniā
paruſ memor ſuā conditionis, auſus eſt cum Apolline certa
re ſua pelle exutus eſt.

Pennas nido maiores extendere. xciii

Eſt apud Horatium in epistolis, non dubius quin proverbia-
lis metaphora: Pennas nido maiores extendere, pro eo quod
eſt rē, fortunata, quā mediocrem aut temē à maioriſbus ac-
cedit, auctore reddere. Quid quidē, ſi uirtute ſiat, ſum-
ma laus eſt, tantū abſet, ut uitio dandum exiſtimem.

Me, inquit, libertina natuſ patre, & in temui re,

Maiores pennas nido extendiſſe loquuntur.

Vi quantum generi demas, ſuſtutibus addas.

Translatum ab autum pallis, qui ſic grandescit, ſubnacētiā
bus plumis, ut materno nido capi non poſſint.

In tuum ipſius ſinum inſipue. xciv

Hac noſra tempeſtate muliſ regionibus hoc circuſer-
tur adagium. Iubent enim hominem aliena uitia taxantem, in
ſuam ipſius ſinum inſipue, tanquam admonentem, ut domeli-
corum malorum recordatione, definat arrogantium inſectari
uitam alienam. Id antiquitas fieri ſolere, coligunt utiq; po-
test ex uerbis Pliniiani, qui lib. 28. cap. 4. ſcribit hinc in mo-
dum. Veinti quoque à deis, ſpeci alicuius audaciore peti-
muſ, in ſinum ſpouderi. Idem in eodem cap. ſcribit ex autori-
te Salpe torpore ſedari quocunq; membro inſipue, ſi
quis in ſinum expuat. Quorum utraq; non prorsus abhorret
a noſtro ualgato proverbio. Si quidē qui carpi aliena, ſpe
quādam improba peccat, quā ſperet ſibi nihil ſimile à quo-
quam opprobrii poſſe, cum nemo ſit, qui non aliquo uitio
tenetio. Et qui proprii mali, quāli ſuī ipſius ſenſu caret, ceu
torpore quodam tenetur. Lucianus in apologia de mercede
ſervientibus, οὐδὲ οὐδὲ τὸν κόλπον πήνασε πρό-
τεον καταγράψειν, id eſt: Quodq; non prius in tuū
ipſius ſinum ſpouderi, quam accuſare carperis. Idem in
uotis, οὐδὲ μαζέε γε τὸν ἀδειματεῖ, οὐδὲ ἕτερον
τοπον οὐ πήνει, οὐ δὲ διδαξεις ὡν ραυδονέος. Io-
catur quipſian in amicum, quod tanquam oblitus ſuī,
opes immensas imaginaretur, neque in ſinum ſpouderet, ut
m agnoſeret

agnoscet, quisnam esset. Idem indicat Theocritus Ecloga sexta. Nam polyphemus cum paulo arrogantius sua formam extulisset:

Ως μὰ Βασιλεύον δέ, ξείρε τὸν ἐμόν τετρυσσα κάλωρι.
Ταῦτα γέροντες οὐκούτηπες θέζονται φέρεν.
Οὐοῦν καρνιοῦντες σεμένηντες εἰσιν. Ναντ
ιδιαντες τούτον αὐτὸν δοκιμάζουσιν. Ναντ
ειπαντες τούτον αὐτὸν δοκιμάζουσιν.

Δαιμονίον τούτον γεννώντες γεννώντες. id est,
O fortuna, simum mulier quoniam confituit omnis.

Huc fortasse pertinet, quod ait Lucianus in Necyomantia, τοῦτον μὲν τὸν πρόσωπον λατούμενον, id est, Postea quam ter māri despuisset in faciem. Nec alienū hinc est, quod in secunda Satyra scripsit Persius:

Frontemq[ue] atq[ue] uulabellam

Infamū dīgīto, & lustralibus ante salinius Expiat.

Nosce teipsum.

XCV

Ad candē sententiā pertinent tria illa, inter omnia sapientum apophthegmati, uel maxime celebrata, adeo ut quē admodum in Charnide testitur Plato, pro foribus templi Delphici ab Amphictyonibus inscripta, ueluti digna deo uisentur. Quorum primū est γνῶθι σεαυτόν, Nosce teipsum. In quo modestia, mediocritas, commendatio est, ne nobis uel maiora, uel etiam indigna sequatur. Nam hinc omnis iuste pessis oritur, quod sibi quisque blanditur, et quādū alijs praeter equum detrahunt, tantū sibi philaute uito, praeter merū tribuit. M. Tullius ad Qu. fratrē lib. tertio. Et illud γνῶθι σεαυτόν, noli putare ad arrogantiam minuendam solum esse dictum, uerum ita ut bona nostra norimus. Fertur hic quoq[ue] senarius inter sententias prouerbiales:

Τὸ γνῶθι σεαυτὸν πανταχοῦ, γνῶθι μορ. id est.
Vbiq[ue] cōfert, ut teipsum noveris. Ciatutor à Nonio Marcello Satyra quedā Varonis hoc titulo, γνῶθι σεαυτόν.

Ouidius de arte amandi:

Fama celebrati per orbem

Littera, cognosci que sibi quoq[ue] iubet. Intenalis:
E celo descendit γνῶθι σεαυτόν.

Cuidius hanc sententiā ad Pythagorā autorē refert. Platonicus Socrates ab Apollinis profectā arbitratur. Plato in Phedro, δύναμει παντού τὸν διάλογον τετράγραμμα γνῶθι σεαυτόν, id est: Nō dū possum meipsum uita Delphicā inscriptione cognoscere. Sunt qui ex Homero tanquam Oceano, hanc quoq[ue] mutuo sumptā exilimunt, apud quē Hē dor, cū in reliquos omnes imperiū sacerdotē: tamen Aiacem, ut se præstantiorē declinavit. Sic enim ait poēta:

Αἴσιν Θεοὶ δέ οὐδέποτε μάχην πελμανοῖσθαι. id est,
Cōfessum Aiace fugit Telamonē creati.

Diogenes Thaleti tribuit. Apud hunc Antisthenes Phemone asscribit, ceterum Chilonē uisparisse. Thales autē rogatus, τί Καὶ δύναμος οὐκέφαντος, τὸν εαυτὸν γνῶντα, τί εὔκολος; Εἶδεν θωτόν τε θεόν, id est: Quid est difficile respondit, se ipsū nosse. Quid facile alterū admoneret. Macrobius primo in Scipionis somniū cōmentario tradit, cūdam Delphicū oraculum cōsulenti, quoniam itineri posset ad felicitatē peruenire, responsum ad hunc modū: Si teipsum cognoueris. Id autē oraculum redditum sicut Croeso, ut autor est Xenophon in pēdia Cyri. Ciatutor à Gnomologia Græcis hic ex Antiaphane senarius:

Εἴ δικτυός εἴ βελτιες δικτυά μοι φέρε, id est,

Præclare, si mortalis es, mortalia fac cogites.

Eandem sententiam sic extulit Pindarus, Δρατὰ Δρατοῖς τετέντε, id est: Mortali a mortales decent. Demonēs interrogatus quando ceperint philosophari, postea quam, inquit, ceperit nosse meipsum. Socrates quod Apollinis oraculo solus esset sapiens iudicatus, quam Graeca tot habebat sophos, sic interpretatur, quod ceteros profientes se scire quod nesciebant, hoc nomine uiceret, quod sciret se nihil scire, et hoc unum se scire profitebatur. Ceterum hanc Socratis modisiam uicit Anaxarchus, qui prædicabat se ne id quidē scire, quod nihil sciret.

Ne quid nimis.

XCVI

Alterum diuersis uerbis, candē ferme sententiā complectitur, μαλάρην τετέντε, id est: Ne quid nimis, quā quidē tanquam tulgo celebratum, Terentius in Andria etiam Sofie libertini persone tribuit. Diogenes Laertius Pythagore adscribit. Aristoteles tertio rhetoricoꝝ libro ad Bianteum auctore refert, tractas de iuueniū imoderatis affectibus, quos ait, ubiq[ue] nimia uehemētia peccare, nā et amare nimium, pariter et odire nimium. Senes non ita, sed ut ipius Aristotelis utar uerbis, Καὶ τὸν βιοντὸν ὑποβάλλει, οὐδὲ τὸν εὖ μαλάρην, νὴ μαστίσημον τὸν ψαλτοντε, id est: Intra Biatis admōnitionē, et amāt tāquā osiori, et oderūt tanqua amato. Sūt qui Thaleti tribuat. Sunt qui Soloni, teste Laertio, Plato quodā loco ex Euripiū citat. Neq[ue] desunt, q[ue] ad Homerū rūmōntē referat. Cuius hi uersus sunt in Odyssee. O.

Νεμέων μαλάρην δὲ ηγετεῖ ζελατόν.

Ανδρὶ τερασθέντοι, νὴ τὸν εὖρον μηδέποτε προσέρχεται, οὐδὲ τὸν εὐτελέστερον, οὐδὲ τὸν εὖτελέστερον. id est, Minib[us] iniquā quam placet hospes,

Qui ualde preterq[ue] modum simile odit, amatēs.

Sed puto relliū esse ut sint mediocria cuncta.

Idem in Iliados. K.

Τυεῖδ' οὐ μάλα τοιούτοις μαλάρην, μάλα τοιούτην νεκέν. id est: Me nimis aut laudes Tytidae, aut uituperes me.

E quidem ad Hesiodum referre malim. Cuius illud est in opere, cuius titulus οὐρανὸς Οὐρανός.

Μέγας φυλάρεως δικαιοσύνη τὸν πατέρινον τετράποδον.

Εύριπος δικαιοσύνη τὸν πατέρινον τετράποδον.

Menestram serua, modus inre est optimus omni.

Euripiū cū dijōtiquō locutus, tū in Hippolyto coronato:

Οὐτοῦ τὸν λίπον γῆ ναοντος εἰπανῶ

Τὸ μαλάρην γάρ. id est.

Sic euidem minus approbo, quicquid

Et uehemētis, quādū quod uulgus ait, Ne quid nimium.

Pindarus apud Plutarchum, σοφοὶ δὲ Οὐδὲ μαλάρην γένονται, αἰνισταρησθε, id est: Sapientes hoc uerbū, ne quid nimis, præter modū laudarūt. Sophocles in Electra:

Μάλιστα οἰς τετράποδος ὑποδάχθοι μάλα τετράποδα. id est: Ne nimium, præter modū te torqueat ille

Quem odiſſi, sed nec neglexitis immemor hostem.

Plautus in Pocula: Modus omnibus in rebus soror est optimus. Eodē pertinet Homericum illud Iliados. N.

Πάντοτε μόδη καὶ μάλα τετράποδη τὸν πατέρινον τετράποδον.

Molapīs τε Γλυκερός νὴ αὔμαντον τετράποδον. id est:

Cunctarum rerum saties contingit, anorisq[ue]

Et somni, & Blande cithare, choreq[ue] decentis.

I dimitatus uidetur Pindarus in Nemesis,

Χόρον δὲ τετράποδη μέλι, Οὐ τά τέτρωντες τετράποδοι.

Plinius lib. undecimo: Pernicioſissimum autē et in onni quidem uita, quod nimium.

Horatius: Horatius:

Eſi modus in rebus, ſunt certi deniq[ue] fines,

Quos

Quos ultra, citoq; nequit cōsistere reliū. *Rufus id est:*
Virius est mediū utriusq; redactū. *Phocilides:*
πάτερ μέτρον ζεισον. *id est:*
Omnium modus optimus. *Et Alpheus in Epigrāmata:*
τὸ μάκρη χαρὴ γαρ οὐχαρὴ γαρ μὲ τέσπε, id est,
Hoc me quid nimum, nimis placet mi.
Deniq; Plutarchus in Canillo docet pietatē esse mediā inter
contemptum numinū & superstitionē, ἡ δι νόμος, ηγε
δι μάκρη χαρὴ γαρ ζεισον, id est: pietas autē ex quod dant,
ne quid nimis optimum est. Nihil autem est rerū omnium, in
quo non peccari queat nimietate, prater amorem dei, quod
alii verbis fateor et Aristoteles.

Sponde noxa presto est.

XCVII

Ἐγγα τοι δέ τοι, id est: Sponde, sed noxa presto est.
Que quidem omnia Socrates apud Platōnem puer ad car-
dem sententiam pertinere. Nam qui pro altero fideiubet, id
policet, quod non sit in ipso sūtu p̄f̄are, ne p̄f̄e fidem
alienam. Sed primum illud Apollini, tritici, reliqua duo à
mortalibus adiecta credit. Plinius libro septimo, capite tri-
gesimo secundo cuncta pariter adscribit Chiloni, quemad-
modum et Laertius, sed ita ut oraculorum uic̄ fuerint ha-
bīta. R̄orū, inquād, mortales oraculorum societatem de-
dere Chiloni Lacedemonio, tria precepta eius Delphis co-
secrando aurois literis, que sunt hec: Noss se quenquam.
Et nihil nimium cupere. Coniūque ari alieni, atque litis
esse miserari. Expliciūt Plinius, quid sit spōndere. Fidei-
ubens enim pro eo cui creditur pecunia, ut sepe fit, ut fia-
deūs foro cogatur creditori numerare pecuniam. Fideiube-
mus et apud iudices, de fideiū reo, atque illo fallente ple-
stantur uades. Et hoc dictum ad Homerūt̄ autore referunt.
Cūtū hoc est Carmen:

Δελτοὶ τοι Δελτῶ γε καὶ ἐγγα τοι μάκρη.

Cherias apud Plutarchum in coniūto Platōnis, refert ad sā
bulan Homericae de Ate, que quid adfuerit Iouis p̄f̄onio-
ni, de natuitate Herculis, ab eo precipitata est in terrā. Ci-
tantur, ac Lædatur hac tria apobibegnata à Plutarcho in
libello de futili loquacitate.

Nouit quid album, quid nigrum,

XCVIII

Οὐδὲ τὸ λευκόν οὐδὲ τὸ μέλανητα, id est: Non nouit quid albū,
quid nigrum. Duplici in sententiā accipi potest. Aut nouit di-
ferimē recti, prauis; aut nouit id, quod nemo uel indeetus
ignorat. Nam euidentis est albi, nigri; discimus, quāmet
quisquam nō uidet. At istophanes in equitibus:
Νῦν οὐ γνωτοὶ χαρὴ οὐδὲ εἰς τὴς οὐκ ἐπίσταται
Οὐδὲ οὐδὲ λευκὸν οὐδὲ μέλανητον. *id est:*
Nam Aringtonus lyristen milis est, qui nesciat,
Qui uel album nouerit, rectiosse nouerit modos.
Interpres ostendit, exponit proverbiū. Videatur esse tra-
ctum à prisca illis mortalibus, qui duos tantum naturales co-
lores nouerant, album et nigrum, teste Pompeio.

Albus an ater sis, nescio.

XCIX

Albus an ater sis, nescio. Solet dici de homine uehementer
ignoto. Cicero philippica secunda: Ne nemo nisi amicus
feat heredem, ut cum illo commodo, si quod erat, amici
quidam dolor, iungeretur. Te is, quem nunquam uidi, L.
Rabbius Cæstina, feit heredem. Et quidem uide, quam te
amarit is, quā albus, atērue fuerit ignorans, fratris filii pre-
terit. Quintili, in undecima oratione Institutionum lib.
Negat, inquit, se magnificare aliquis poētarum uitrum Cea-
sar sit albus, an ater homo,
Catullum, opinor, dixito indicans, cuius in Cesarem hoc

extat carmen:

Nec seire utrum sis, albus an ater homo.

Apuleius in apologia Magie: Etia libenter te nuper usq; al-
bus an ater es, ignorabam, adhuc hercle nō satis noui. Di-
bus Hieronymus aduersus Heluidiū: Quis te, o, ante hanc
blasphemiam nonerat? Quis dispondio supplicabat? Cōsecutus
es, qd uolebas. Nobilis es factus in scelere. Ego tps, qui con-
tra te scribo, cum in eadem urbe tecum confusa, qua Balbu-
tis et crucefis, albus, tu autem, an ater sis nescio.

Horatius in extrema epistola:

Vultu mutabilis albus et ater.

Quo loco Porphyriton admet proverbiū figura dictum,
albus et ater, pro eo, quod est bonus et malus, et Horatii
album, aut ad liberalem, aut letum reddidisse, atrum ad sor-
didum et cruentosum.

Non nouit natos.

Simillima huic figura est, natu nō noui, pro eo, quod est
prosorsus ac modis omnibus ignoro. M. Tullius libro familia-
rium epistolarum nono ad Papyrium: Nam mihi scio iam ē
*regibus ultimi, allatas esse literas, quibus mihi gratias ag-
unt, quod se mea sententiā reges appellauerint, quos ego nō
modo reges appellatos, sed omnino natos nescibam. Simil-
limum est illi, quod est apud Aristophane in Vesps, ὃς ἐμ-
οὐδὲ ἔπειρτο εἰ, id est: Qui mi ne uiuān quāde nouisſet,
*id est: nullam omnino metuētiōnē habuisset.**

Item Theocritus in Pharmacubria:

Οὐδὲ γνωτοποιος τεντροκρόπου οὐ ζοι εἰμέσ. id est,

Non etiam illud utrum sim nūa, an mortua nouit.

In eandem sententiam usurpat Plautus in Euclione: Nō ma-

gis me respicias, quam si natus nunquam siem.

CHILIADIS PRIMAE CEN- TVRIA SEPTIMA.

Odi memorem compotorem.

I
Mηδέ μνάνοντα συμπότων id est: Odi me-
memorem cōpotorem. In eos qui, que inter amicos
et inter popula dicuntur, liberius foras elimi-
nant. Lucianus in Lapithis, ex poēta quoipiam
citat. Maritalis:

Μηδέ μνάνοντα συμπότων Procille.

Locatus enim poēta in Prociliū quempiam, qui inter pocu-
la, in suis postridie cœnatū uentre, uenit serios, perinde queſi,
que inter uina dicuntur, pondus habere debant. Huius pro-
verbū meminit Plutarchus in Symposiacorum primo statim
problemate, ubi querit, num conueniat in coniūto philo-
phari. Prout autē dictum aduersus eos, qui preter modū in-
*stant et rogant in coniūto, ad bibēdū impellentes, exigen-
tesq; preſcriptū poculi mo dū. Solent enim nōnulli, non ad-
mo uia autī bibēdī se effugere, ut interieſt sermonibus, cō-
*uius in obliuionē auocent. Deinde si quis forte memor exi-
gat, mentiuntur iam ebibisse ſe. Dores autem in Sicilia,
ἐπιστριμμα, id est: cōuidiorum, ſeu mensurā prefectoris,
Minamoras appellant, quos Latini modiperatores vocant,
teſt Nonio, quod bibendi modū imperent. Vnde proverbiū
quadrare uidebitur in eos, quā modū in coniūto preſcriptū,
nūm exalteſt requireant. Alijs magis uiderit, ut proverbiū
admetat, quāvisq; hoc est, obliuionē omnīū, que in coniūto
uel fuit, uel dicūtur. Id enim teſtūtū eſſe et maiorū
*fabilis, qui Baccho ſimil et ſruidam et obliuionē confe-***

m̄ cravat,

erant, nimium hoc innuentes, non oportere meminisse, si quid in conuiuio peccatum sit, aut certe leuem adnudum, ac puerilem reprehensionem sufficere. Nam ferula pueros cadi solitos, vel Iuuenalis indicat:

Et nos ergo manum ferule subdiximus.

Idem Plutarchus alias eodem in opere narrat, Lacedemoniis hunc fuisse morem, ut si quem amicum, aut hospitem in domum acciperent, ostensis foribus, dicrent, τεῦτη δική γέγενετο λόγος, id est: Hac non egreditur sermo. Damnat autem hanc confutacionem, propterea quod censat in conuiuio, sermonibus utendum, non incepitis, sed eruditis, ac frugiferis, quos efferristi et honestum et conducibile. Refert idem in vita Lycurgi, cuius institutione qui natum a nimis erat stabat ad ostium, et ad coniuicium ingredientibus dicebat, ostensis foribus, dico τεῦτη δική γέγενετο λόγος, id est: Per hasce nullus sermo progreditur foras. Horatius hoc quoque inter iucundi conuiuij commoditates commemorat:

Ne fidos inter amicos,

Sit, qui dicit foras eliminaret.

Huc pertinet illa Greecorum senarius:

Τὸν γαρ γνωσκόν θέρον εἴς οἶνον γάρ φω. id est, Mulieris insuorandum in uino scribo.

Innuens irrita esse solere quecumque in copotacionibus effutum tur. Alludit autem ad prouerbium, quod alii retulimus, εἰς τὸν γάρ φω, id est: In aqua scribo, de re euanda. Huc adscribendum, quod quæ admodum in symposiatis testatur Plutarchus, veteres Bacchus obliuionis filii funerat, id est, per iocum inuerit apud hunc quisdam, dices patrem potius oblinioris appellandū fuisse, quam filium, quod iuriū præterit immodecum, vel ante senectam adiutor homini memoriam.

Duabus federe sellis. II

Duabus federe sellis, est incertum esse partium, et antiqui fide, ambabus satissimacere uelle. Quo uerbo noue cōposito, ζελλούσσωσσον. Home, appellat Mariæ, id est: nūc his, nunc illis partibus fluentem. Macrobius in Saturnalibus coenit: Laborius minus in senatum à Cæsare lectus, cum à Cicerone ad cōfessum non recipere, diceret: Reciperē te nisi anguste sederenus, nimis mordaciter respondit: Atqui solebas duabus sellis federe: objiciens tanto uero lubricum fidei. Sed id, quod Cicero dixit, nisi anguste sederenus, somma erat in Cesarē, qui in senatu pafim tam multos admitebat, ut eos quindecim gradus capere non posset. Hæc tamen Macrobius. Est autem omnium cōsensu tunc pafimum, cum utramque parte colludere. At Solon legem tulit, qua punirentur hi, qui in ciuitate tumultu, neutri partium adhæsissent,

Duos parietes de eadem dealbare fidelia. III

Huic finitimum uidetur illud: Duos parietes de eadē dealbare fidelia, pro eo, quod est, eadē re duplē uelle in gratiam, eademq; opera, duos pariter demereri. M. Curius ad Ciceronem: Sed amice magne, noli hanc epistola Attico ostenderi. Sine eū errare, et putare me bonū uirū esse. Nec solere duos parietes, de eadē fidelia dealbare. Volebat enim Curius pariter et Attico et Ciceroni uideri summus, ac de se uno fructu quidē Ciceronis, mancipium autem Attici facere. Tractum uidetur ab his, qui parietibus opus albarium superinduunt. Legitus et huiusmodi Greco adagium apud Suidam, δύο τέλης διείφερε, id est: Duos linus parietes. In eos, qui in factionibus, utriq; paribus blandiuntur. Ad hanc classem pertinet illud Hebrei natus, utroq; claudicare pede. Itē

illud euangelicum: Duobus seruire dominis. Rorsum illud ex Apocalypsi, de ijs, qui neq; calidi sunt, neq; frigidi.

Vnica filia, duos parare generos. IV

His simile quiddam etiam nūc uulgo dicunt, dignam uidelet, quod uel unum inter antiquitas adagia cīmemoretur. Vnica filia geminos uis parare generos. Vbi quis idē beneficium duobus simul pollicetur, aut pro eodē officio, quod alteri præliterit, à duobus gratiam reponcit.

Nescis quid serus uesper uechat. V

Nescis quid serus uesper uebat.

Ex Menippis Varrois Satyris, citatus hic titulus, tum ab Aulo Gellio, tum à Macrobio, neq; dubitandum, quin pro uerbialis, sicut sunt et alij pleriq;. Quo salubriter admoneatur, ne presentium successuum prosperitate sublati, futuri cum abijiciamus. Neq; illa de resciuti sumus, prius quam existim uiderimus. Idem hodie quoq; uulgo dicunt, diem nonā ad uesperam decuruisse, cum significat diuersum exitū posse accidere. Apparet Maronem ad paroemiam allusisse, cū ait primo Georgicon libro:

Deniq; quid serus uesper uehat.

Agens de prognosticis occasus. Potes referri et ad illam Solonis sententiam, ἡσα τέλθε μακρῷ βίᾳ, id est: Specta finem longe uite.

Multī thyrsigeri, pauci Bacchi. VI

Περδόποιοι τοι νερβίκοφοι παρεῖσοι δέ τε ξεχοι. id est: Plureis thyrsigeros, paucos est cernere Bacchos. Carmen hexametrum prouerbio Græcis celebratum, quo significatum est, compluribus mortalium, adesse virtutis insignia, aut etiam famam, qui tanus uera uirtute uacent. Ut non omnes ueri theologi, qui pileum theologicum gerunt, quiu hoc nomine sunt donati. Non omnes poëte, qui se eo titulo circumseruant. Non omnes monachi, qui cucillo onerant. Non omnes Christiani, qui ceremonijs agunt Christianum. Non omnes generosi, qui torquem geflant auream. Non omnes uirgines, que pafis sunt capillis. Non omnes reges, qui diademate insigniantur. Non omnes episcopi, qui nutram gerunt bicornem, aut pedum argenteum. Non omnes summi pontifices, qui uocantur sanctissimi, quicq; tripli corona insigniantur. Non omnes imperatores, qui in uexillis ostentant aquilam. Neque πτερυγονοφορία, aut, τρίγεννα uoforū, quemadmodum loquitur Plutarchus, philophorum facit, hoc est, gestata barba, aut gestatum pallium. Translata à ceremoniis Bacchanaliis, in quibus thyrsos, id est, hafas quafdam uiteas quatierbant affliti furore. Vsiropatur à Platone in dialogo, cuius titulus Phædon. Allusit buc eleganter Plutarchus in libello, quem scriptit aduerlus Colotam. sic τὴν ἐπάρχοντας οὐσίας ημῶν ὁ αὐγεῖσε, οὐδέ ταῦτα τοῦ ζεύς, τῶν ἐπὶ φύσιν ἀκαδημίας, οὐ θύμηκοφόροι, ἀλλὰ οὐ μαρτύρεσσοι οὐγῆισιν ταλαστοῖς, id est: Quidam amicus Aristodemus Aegiensis: nam hominem nosti. Academūcorū, non thyrsigerum, sed ardentiuentis mystis Platōnis. θύμηκοφόρο appellat, nomine et cultu duxitxat Academūcum, nō re. Scitum est et illud Herodis Attici in pallium, crinitum, barba ad pubem usq; porrecta, uideo barbam et pallium, philosophum nondum uideo.

Non omnes, qui habent citharam, sunt citharœdi.

M. Varro libro de rustica secundo, candem sententiam extulit diuersa metaphorā. Sed non omnes, inquit, qui habent citharam sunt citharœdi. Huc adscribendum uidetur, quod lepide scriptit Seneca, quendam personam malle,

malle, quam faciem. Faciem uocat, ubi quis talis uidetur
qualis est: personam, cum prae se fuit aliquis quod non est.
Potest et ad auros torqueri, si neges eos diutius, qui pos-
sident opes, sed qui recte norint uiri. Vt non est cithare-
dus, quisquis tenet citharam, sed qui cithara recte norerit
uti. Non is rex, cui contigit amplum imperium, sed qui fecit
administrare.

Plures thriobolos paucos est
cernere uates.

VIII

πολλοὶ θριοβόλοι, παυσοὶ δέ τε μάντις τεῦχες, id est:
Plures thriobolos paucos est cernere uates.

Simile carmen est superior, eodem modo Grecis celebratum.
Philocorches apud Zenon datum auctor est, olim tres nymphas
Apollinis nutrices, Parnassum incoluisse, que Thrie dice-
rentur, unde postea receptum sit, ut calcifortes, diuinorum,
Thrie vocarentur. Vnde thrioboli, qui thrasis in ornata
diuinum iacent. Sunt qui affirmant rationem diuinandi per
fortes à Minerua fuisse repertam, qua cum magis floraret,
quam oracula Delphica, mendax, et uana reddidit est, id est
opera Iouis, Apollinis gratia facere cupiens. Deinde ubi
riuim mortales Delphica frequentauerint oracula, Pythia ad
hunc modum dixisse:

πολλοὶ θριοβόλοι, παυσοὶ δέ τε μάντις τεῦχες.

Multi qui boues stimulent,
pauci aratores.

IX

Consimile habet sententiam et hic uersus.

Πολλοὶ θεούτων παυσοὶ δέ τε γῆς ἀροτῆς. id est:
Qui tuos stimulent multi, sed rarus aratores.
Multi pre se ferunt quod non sunt. Siquidem antiquitus era-
bant bubus, ut ante dictum est, ea extimulabant pro longa
arundine, aut hastis, cuspide quapiam acuminata. Qui mos
et hodie durat apud Italos.

Similia in purpura.

X

Πίθηκος ἐπ τεφρίζει, id est: Simia purpurata. In ua-
rios uis potest adhiberi parvam, nempc uel in bos, qui
tanet si magnifico cultu sint ornati, tamen cuiusmodi sint, ex
ipso uulnioribus quo cognoscitur uel in bos, quibus dignitas
indecora additur: uel quicquid rei per se soada, scititia, pere-
grinaq; ornamenti, indeceter aduuentior. Quid enim tam ri-
dicula simia simia sit purpurea uestire? Atq; id tamen non
raro fieri uidemus apud sivos, qui simias habet in delicia, ut
quam maxime possunt, ad humani moris ornari, ac uestiant,
aliquoties et purpura, quo paru attento, aut imperitos ful-
lant, proq; homine salutetur simia, aut si deprehensu sicut
fucus, res magis sit ridicula. Quam multos id genus simios
uidere est, et principu aulis, quibus si purporam, si torquem,
si gemmas detrabas, meros cerdones deprehendens.

Simia simia est, etiam si frauca

gelt insignia.

XI

Πίθηκος δὲ πίθηκος, καὶ κύνεα ἔχει συμβολα, id est,
Simia simia fuerit, etiam si aurea gestet insignia. Superiori re-
spendet, admoneri fortuna ornamenta, non mutare homini
ingenium: Citatur adagium à Luciano, in oratione contra
incruditum. Natū ridetur à simi illis Aegyptiis saltationem
humana imitantibus. Lucianus refert apologum in hoc mo-
dum. Rex quida Aegyptiis simias aliquot instituit, ut saltant
dirationem perdissent. Ut enim nullum animal ad figurā
a hominis propius accedit, ita nec aliud actus humanos, aut
melius, aut libenter imitatur. Artem itaq; saltandi protinus
edocet saltare coepit, in signibus induit purporis, ac per-
sonate. Multoq; tam tempore maiorem in modum placebat

spectaculum, donec est spectatoribus facetus quispiam, nucus,
quas clancula in sinu gestabat, in medium abiecit. Ibi statim
simis, simul atq; nucus uidissent, oblite chorea, id est corpore
runt, quod ante fuerat, ac repetitē est saltatrixibus, in simis rea-
derunt. Cōtritissimis personis, dilaceratis uestibus, pro nucibus
inter se decupnabant, non sine maximo spectatorū rivo. Nar-
ratur apologetis non absimilis, de se, quam Venus belle ador-
nat in pedis squarum ordinem ascerat, ac satis apicē
γυναικis, donec mure ē cauo quopiam in medium procur-
rente, declarauit se nihil aliud esse quam silentem.

A finis apud Cumanos. XII

Οὐ οὐδὲ θεούματα, id est: Afinis apud Cumanos. Cōpetit in eos, qui cū sint in iepiti, ridiciliis, tamē apud igno-
tos ipsa nouitate habetur in precio. Aut in eos, quibus honos
aliquis praetor meritum additus à fortuna, tumorem et insa-
lentia, ita ut fire sit, cōciliat: id quod ele ganter notat Demos-
sthenes Olympiacarum orationis prima. τὸ γοῦ εὐ παράτημα
τῆς τηλοῦ θεοῦ αροτῆς τῷ κακῷ φυσικῷ τοῦ ἀνοῖ-
τος γίνεται, id est: Felicitas enim et rerum successus, qui
contingit immenenti, huius ueniane causam præbere solet.
Qui congruit illud ex Aeschilo citatum.

Η εὖ δογμα τεῦθεωτοῦ εὐτυχῶν αὐτοῖς. id est.

Graecus pendus amens, rebus uetus prosperis.
Narratinus dibi fabulam de asino fugitivo, qui apud Cumano-
nos se gesit pro leone.

Ira omnium tardissime senescit. XIII

Οὐ μέντος θεούματα γιγάντων, id est: Ira polbrenum sen-
scit. Haec diversum illud Aristotelis apophategna, qui, au-
tore Laertio, rogatus, que res quam oxyssime cofenseret,
respondit beneficium. M. Tullius utrumq; cōplexus: Cui pla-
cerit, inquit, obliuiscitur, cū dolet meminit. Nam iudgo morta-
les iniuria tenacissime meminisse solent, beneficiorum quam
facilius oblitisci. Grecum adagium uidetur ex Sophocle
sumptum, cuius in Oedipo Coloneo haec sunt uerba:
ουμέντος γενεῖσιν γῆρας δέντες ἄλλο, ταλλώ
Θεοῖς, θεοντορούσιν δέντες θεοῖς. id est,
Seneca nulla obtinet iracundie.

Nisi mors, sepultos nullus attingit dolor.

Hoc idem innuit Homerus lepidissimum sene figmento de Litis
et Ate. Hac de dea facit, que noxas ac turbas soleat immittere
rebus mortalib; atq; ipsam quidē acribus oculis, ac preueloci-
bus esse pedibus. Ceterum post eam multo interhallo cōse-
qui Litas deas, que quod Ate turbauerit, sarcire mortiantur:
Has et strabis oculis singit, et pedibus claudis illud nimis
innuens, res esse citas, reconciliations esse tardas, pro-
pitera quod intuiri diu meminisse solent homines. Carmen
ipsum Homeri sub scribam ex Iliadis libro nono:

καὶ γέντε τὰ λιτά ἐστι διός κέρας μεγάλοιο,
χαλινα τε φυσι τε παραβλάσσεις, τε φειδαλια,
Αἴ δέ τοι μετέποιησε κάτιο ἀλέγεσι μέσοι,
Η δὲ τοι θεοντορούσι τε, ηγούσι τε, θεοῖς, θεοντορούσι,
Πολλούσι θετηκοσσει, φθάνει δέ τοι πάσασι τεταμ
βλαστήσοτε οὐκέποτες, αἱ δὲ ξακουσταὶ τε οὐπάσσα.
Οῃ δέ τοι οὐκέποτες, καὶ τε οὐκέποτες τε οὐπάσσα
Τέρη δὲ μέντος οὐκέποτες, καὶ τε οὐκέποτες τε οὐπάσσα.
Διονυσοῦ δὲ θεοῦ τοι γε δια κρονίου κισσαὶ,
τερη δὲ τελείων οὐκέποτες τε οὐκέποτες τε οὐπάσσα.
Quorum uersuum, non indolem, nec gratiam, sed sententia,
uicimus redemus Latinis auribus.

Nang Litas etiam genuit Saturnius ingens,
m 3 Rugoſas

Rugosus, pedibus claudis, ac lumine lefis,
Quæ à tergo comitantur Aten, me deantur ut illi.
Ipse Atc, pedibusq; ualens & robore prestant,
Proinde gradu celeri longe præueritior, omnes
Occupat, & terras prior aduenit illa per omnes,
Mortales ledens: uerum hæ post terga sequuntur
Sarture quicquid cōmouerit illa malorum.
At uero natus i oue, qui reuerteret & audi,
Se simul ac adiere, huic cōmoda plurima gratae
Conciliant, huiusq; uicissim uom receptant.
Reiicit at si quis præfracte & pernigat illis,
Tunc editio i oue patre, præcantor, ut illicet Atc
Huic adgit, pœnasq; suo det denig: danno.

Eiusdem Atc sit mentio Iliados. t. ubi Iupiter imputans huic
deæ, quod à Iunone deceptus est, illam capillis arreptam
in terras præcipitem dedit, interdicens ne unquam rediret in
coelitum contubernium. Hoc Homeri figuratum, quidam exi
stimat esse finitimum ei, quod de Lucifero coelis deturbato,
erudiant Christiani.

Si uultur es, cadauer expecta.

xiiii

Captatores testamentorum & heredipete, vulgata meta
taphora, uultures appellantur, quod senibus orbis, seu cadae
ueribus inhicit. Nam huic aut proprium, cadaueribus tan
tum uiuere. Vnde ex natura tantum illi sagacitatis addidit,
autore Plinio, ut biduo, aut triduo præuole illuc: ubi cadau
ra sint futura. Hoc minus nocens, quād sint homines isti di
uīum funeribus imminentes, quod neq; fruges attingit, neq;
illum animal, quantius imbelli, occidit, aut infestator: tan
tum cadauer, uel corum, quæ sponte interierū, uel ab alijs
relicta sunt, depascitur. In quibus tamē abstinet à sua gene
ris, id est, autum cadaueribus. Quemadmodū & Plutarchus
docet in problematis rerū antiquarū, ne quid interim adfe
ram ex Aegyptiorū opinione, quā dicūt uultures omnes esse
feminas, nec aliter ex euro eccepere, quād è zephyro grā
dui sunt arbores. Vnde marū est hanc aut innocentissimam
apud hominem tam male audire. Proinde qui diuites audent,
aut accusare, aut ueneno tollere è medi, Miluij vocatur, qui
uero dūravat obsequiis & adiutoriis uacupantur, ut mi
scerant testamēto, uultures proverbio dicuntur. Seneca: Si
multo es, cadauer expecta. Martialis lib. sexto.

Amisit pater unicum Silanus.

Cessas muttere munera Oppiane?

Heu crudle nefas, maleq; parca,

Cuius uulturis hoc crit cadauer?

Dioigenianus in collectaneis meminit huius adagij, sed alia
figura. οὐ γαρ τοι, id est: uulturum iuvi. Admonet autē di
ctum de ijs, qui uel ob hereditatis, uel alterius dlicidus emo
lumenti spem insidiantur cuiptam.

Coruum delusif hiantem.

xv

Haud disimil figura dictum est ab Horatio, in eum qui
captatores luum arte frustratus fuerat:

Coruum delusif hiantem.

Nan hec quoq; ausi cadaueribus imminet. Plcrūq; inquit,
recoctus scriba ex quinq; uiro coriū deludet hiantem. Loqui
tur de Corano, qui Nafisa socero, sive testamento per dolum
ostētata, moriens, nihil præter plorare reliquit. Videtur autē
hoc adagium efficiū, & imitatu ad illud Græcorū, λύπη
ἐχενε, id est: Lupus hiat. Ut ibidē dicere liceat, lupum de
lusi hiantem, & κόρης ἔχενε, id est: Coruus inhabitat.

Cornicari.

xvi

Quin ex Græci proverbio κέρωση, dicunt, p eo qd' est:

inhicare prede, aut inceps garris. Aristophanes in Plato:
Σὺ μὲν οὖτος κεράψθως εἶμαι τὸ κεκλοφότο
Ζετεῖς μερολαβέηρ.

Interpres admonet esse proverbiū in eos, qui cornicū more
frustra cornicatur. Sunt autē verba Chremyli sensis, qui ait se
non ignorare, quid sibi uellet Belpſidenus, ſuſum ac deor
ſum uertēs orationē, dū ſudet ſunt cōfessionē elicere, nimis
ut cōſcius in prede partē uenire. Persius Satyra quinta:

Nescio quid tecum graue cornicaris inceps.

Vſus est & diuis Hieronymus in epiftola ad Rusticūmo
nachum.

In uiuo ueritas.

xvii

Επ ὅντος ἀδίκεια, id est: In uiuo ueritas, paſim apud
autores uisopatum adagium, significans cōbrieti animi fu
cum tollere, & quicquid in pectore cōdiūm est, in apertum
proferre. Vnde diuīne literæ uentant uinū dari regibus, quod
ibi nullum fit arcuum, ubi regnet ebrietas. Plinius lib. 14.
cap. 22. ſcripsit uinum, uisqueadeo mentis arcana prode
re, ut mortiferā etiam inter pocula loquuntur homines, &
ne per iugulum quidem redituras uoces cōtinent, uulgoq;;
inquit, ueritas attributa uiuo est. C elebatur & Perſe ciuſ
dan apophthegma, quā negauit tormentis opus esse, ad ex
quirendum uerum, uno enim rectius elici, quod approbans
Horatius in Odis:

Tulene, inquit, tormentum ingenio admoues

Plerunq; duro, uisapientum Curas, & arcānū iocoſo
Consilium retēgis Lyeo. Idem in arte poētica:

Reges dicuntur multis urgere ciuillis,

Et torquere mero, quem perfixisse laborent,

An fit amicitia dignus. Riorum dibi:

Quid non ebrietas designat? operta recludit.

Effertur & ad hūc modū apud Athenæum paremnia oī
κούλιον, id est: Vinum & ueritas. Celebratur à Græcis
hæc quoq; ſententia proverbiālis, τὸ ζετεῖς κεκλοφότο τὸ uita
φυτος, επὶ φύσι γλωσσι, & μεθυοντο, id est: Quod in
